

BEATO PAPE DAMASO HIERONIMUS

Nouum opus facere me cogis ex ueteri · ut post exem
plaria scripturarum toto orbe dispersa · quasi quidam
arbiter sedeam · & quia inter se uariant quae sint illa quae
cum greca consentiant ueritate decernam · pius labor · sed
periculosa praesumptio · iudicare de ceteris · ipsum ab omnib;
iudicandum · senis mutare linguam · & canescentem iam
mundum · ad initia retrahere paruulorum · quis enim
doctus pariter uel indoctus · cum in manus uolumen adsum
serit · & a saliua quam semel inbibit uiderit discrepare
quod lectitat · non statim erumpat in uocem me falsarium ·
me clamans esse sacrilegum · qui audeam aliquid in ueterib;
libris addere mutare corrigere · aduersus quam inuidiam
duplex causa me consolatur · quod & tu qui summus sacer
dos es fieri iubes · & uerum non esse quod uariat · etiam male
dicorum testimonio conprobatur · si enim latinis exem
plaribus fides est adhibenda · respondeant quibus tot
sunt exemplaria paene quot codices · sin autem ueritas est
quaerenda de pluribus · cur non ad grecam originem reuer
tentes · ea quae uel auitiosis inter praetibus male edita
uel a praesumptoribus imperitis emendata peruersius ·
uel a librariis dormitantibus aut addita sunt aut mu
tata corrigimus · neq; uero ego de ueteri disputo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscbibl93/0009